

*familia servi tui in longinquam; & hac lex (vel delineatio) homi-
nis Dei Domini conf. 1. Chron. 17. 17. In quibus verbis David
prædicat hunc suum successorem ut Deum & Hominem, qua-
si dicat, O DEUS, quod tu mihi promifisti, non concernit
Filium meum ex lumbis meis immediatè nasciturum, sed è
longinquo & in longinquo delineas filium quendam meum,
qui erit homo & simul erit Adonai Jehovah. Neque enim
obfistere nobis potest, quod per vocativum ab aliis quibusdam
Dei nomen hîc exprimitur, sicut crebro fit per totam hanc
Davidis precationem. Quoties enim in hac precatione ob-
venit Vocativus, toties præcedit vel proxime circumstat al-
locutio DEI in secunda persona: at vero in hujus citati versi-
culi fine nulla est secundæ personæ mentio, unde non imme-
ritò appositionem retinemus, tantopore mysteriosam, homi-
nemque agnoscimus Dominum & Jehovah. Ad quod Wal-
therus in h. l. *Hanc promissionem de Messia ex posteritate mea na-
scituro sic accipio quod is verus quidem homo futurus sit, sed tamen
unà in persona unitate DEUS Jehovah altissimus. Ex quo non ab-
surdè colligitur, Filium DEI non minus Davidi, quam reliquis Pat-
archis in forma humanæ naturæ per dispensationem temporalem tur-
assumta, & in temporum plenitudine personali & sempiterno fœdere
assumenda apparuisse, cum Vir fuerit secundum Cor DEI & de Mes-
sia peculiariter confirmatus.* Hæc Waltherus ad locum paral-
lelum I. Chr. XVII. intentus. De hocce igitur vaticinio per
totum Psalterium David lætus cecinit, modò ardens suum
desiderium erga Messiaæ adventum significans ut Pl. XVII. 7.
Pl. CXXXII. &c. modo divinæ naturæ consortium expri-
mens ut Pl. XLV. 3. 8. Pl. CX. 1. &c.*

§. VIII. Superest ut jam contrariam, numquid obesse
nobis queat, at sine ullo suâ quemquam laude defraudandi
animo, (quippe quem Viri de Ecclesiâ Christi, & scripturarum
intellectu Optimè meriti non commerentur) perpendamus
sententiam, atq; thesin nostram defendamus ex scrutinio
oppositi,